

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalm. CXVIII. Confitemini Domino, quoniam bonus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

## PSALM. CXVIII.

Confitemini Domino, quoniam bonus.

## CHRISTO REGI PONTIFICI SALVATARI EFFICACISSIMO DIC.

*Carmen Dicolon Distrophon.*

- 1 IAE ferte bono memorem laudemque decusque,  
Cuius benignum numen est, perpetuoque manet.
- 2 Israël hunc dicet primusque fatebitur Almum,  
Cuius benignum numen est, perpetuoque manet.
- 3 Dicet & Aronis domus huncque fatebitur Almum,  
Cuius benignum numen est, perpetuoque manet.
- 4 Qui me iungunt I A M, dicent, referentque satentes,  
Cuius benignum numen est, perpetuoque manet.
- 5 Ipse locis arctis I A H presus nempē vocabo,  
Respondit amplioribus I A H spatiisque mihi.
- 6 I A S ipse mihi assistat, nihil ipse timebo,  
Concentur in me quidquid, aut efficiant homines.
- 7 I A S auxiliisque meis mihi commodus adstet,  
Ipse inuidentes non patens despiciamque meos.
- 8 Confugere, atque I AE auxilium perquirere prestat,  
Nisi caduco quām viro, fidere quamque homini.
- 9 Confugere, atque I AE auxilium perquirere prestat,  
Quām vel potentioribus fidere principibus.
- 10 Me gentes omnes circumstent, nomine at I AE  
illos paratus cædibusque exitiisque petam.
- 11 Vnde lique me obfēsum circundent, nomine at I AE  
illos paratus cædibusque excidiisque petam.
- 12 Me obfideant ut apes; spinis ceu extinguitur ignis,  
In nomine I AE sic eos excidio afficiam.
- 13 Præcipiti impulsu impuleras turbare ruentem  
Me aggressus, I A S affuit mihi, auxiliūque tulit.
- 14 I A H robur mihi & auxiliū, psalmusque canendis,  
Auctor salutis qui sicut semper eritque mihi.
- 15 Voce salutaris resonent tentoria cantus  
Initis; ut I AE exercitum dextra facit solidum.
- 16 Alta I AE, excellens prestanti numine, dextra,  
Vires, & I AE exercitum dextra facit solidum.
- 17 Non moriar, viuens referam I A H fortia gesta;
- 18 Correptor I A S mihi fuit; non dedit ut morerer-
- 19 Iustitir quas ingrediar mihi pandite portas,  
I A H gratiarum munus ac debita sacra feram.

M. 4 Hec

184

PSALMORVM

- 20 Hæc porta est I AE, iusti quam semper adibunt:  
21 Laudabote, exoratus es qui mihi certa salus.  
22 Quem lapidem artificum proicerat improbitas, hic  
Est angularis in domo præcipuumque caput.  
23 Hoc nostris oculis mirandum constat ab I A;  
24 Nobis ab I A hic est dies latitiae celebris.  
25 Nunc adeò serua, nuncque I AS ferisque salutem,  
I AS secunda cœpta fac nunc adeoque faue.  
26 Prosper & ille, I AE venit huic qui nomine vobis,  
I AE precamur fausta queis contigit esse domus.  
27 FORTIS nempe I AS nobis illuxit; ad aræ  
Ligate cornua hostiam funibus implicitam.  
28 Extollés mihi te F O R T E Mq. D E V Mq. fatebor,  
Te laude tollam in astra, te gratus ubique canam.  
29 I AE ferte bono memorem laudemque decusque,  
Cuius benignum numen est, perpetuoque manet.

9 B

10 BI

11 B

12 B

13 B

14 B

15 B

16 B

PSALM. CXIX.

Beati immaculati in via.

PVLCHERRIMAE LEGIS MI-  
RABILIS AMOR.

Carmen Elegiacum Acrostichon.

A

- 1 A Mplè felices illi quibus est via simplex,  
Lege I AE ingressis id studiumque manet.  
2 Ac qui eius testata student seruare, beati,  
Huncque omni querunt corde petuntque pii.  
3 Artifices fraudis prauæ simul esse nequibunt;  
Illi innocuas atque tenere vias.  
4 At tu præcipiens validè obseruare iubebas  
Quæ mandata tuo sunt data consilio.  
5 Atque utinam tua decreta ut sanctissima seruem,  
Sint mihi confratæ compositæque viæ.  
6 Abfuerit mihi tuncque pudor, tua cuncta videndo  
Cùm præcepta sequi, conspicere ac valeam.  
7 Addiscens tua cùm fuero iustissima iura,  
Perfecto grates tunc tibi corde feram.  
8 Attamen ut decreta tua obseruare parantem  
Ne me, valde oro, destitutas famulum.

21 G

22 C

23 C

24 C

25 D

26 D

27 I

28 I

o Blanda